

Miscellen.

Varia.

Cebetis tabulae cap. XX 4 editor recentissimus haec exhibuit: ἀλλὰ προσέξομεν, ἔφην ἔγωγε, ὡς μάλιστα, quae lectio ex variis librorum scripturis conflata est. At Parisinus codex antiquissimus, quem genuinae lectionis testem longe omnium gravissimum ipse Praechterus appellavit, vide quid praebeat: ἀλλὰ προσέξομεν ἔφην ὡς ἐγὼ μὴ μάλιστα, a qua scriptura vel ideo proficiscendum fuit quia sensum habet omnino nullum: quare ab interpolationis crimine facile defenditur. Ac ne una quidem litera mutata verum recuperari posse existimo, si scripseris:

ἀλλὰ προσέξομεν, ἔφην, ὡς ἐγῶμ' ἧ μάλιστα, quibus in verbis illud ὡς ἐγῶμαι nulli displicebit, qui vel Platonem legit vel Xenophontem vel alium dialogorum auctorem, porro ἧ μάλιστα exquisitius quidem est quam ὡς μάλιστα nec tamen inusitatum, id quod exempla docebunt in Fleckeiseni annali 1895 p. 244 prolata, denique de αι terminationis elisione nil habeo quod addam post perdoctam Brinkmanni disputationem Quaestionum de dialogis Platoni falso adscriptis spec. p. 8 sq. insertam.

Iamblichi dramaticon fr. 18 p. 219 Hercheri sic traditur: ἐπεὶ δὲ τοῦτο χαλεπὸν ἦν καὶ σπάνιον τι τὸ τῆς οἰκουροῦ φυλαττοῦσης καὶ ἄβρας τινὸς ἄλλης συμπαρούσης, ἀναπείθει τὴν κόρην λαθοῦσαν τοὺς γονεῖς ἀποδράναι. Hic pro τι τὸ τῆς restituas τίτθης (ΤΙΤΟΤΗC = ΤΙΤΘΗC), et bene res habebit.

Cornuti de Dionysio p. 58 Langii verba adscribam quomodo videantur esse emendanda: λέγεται δὲ διὰ πυρὸς λοχευθῆναι — ἐρραφθεῖς δ' εἰς τὸν μηρὸν τοῦ Διὸς ἐκεῖ τελεσφορηθῆναι διὰ τὸ πεπαινέσθαι καὶ τελειοῦσθαι τὸν οἶνον ἐν ταμείῳ (ἐν γὰρ μὴ ἰλ.), πεφυκότα γε νέον (γενναῖον ἰλ.) ἀποτιθέμενον, ἀτελῆ δ' ὡς πρὸς τὴν χρῆσιν συγκομισθέντα δὴ (συγκομισθέντα τάδε cum dittographia ἰλ.).

Appiani lb. 96 p. 141 M. infra: κακῶν τε οὐδὲν αὐτοῖς ἀπῆν, ἡγριωμένοις μὲν τὰς ψυχὰς ὑπὸ τῶν τροφῶν, τεθριωμένοις δὲ τὰ σώματα ὑπὸ λιμοῦ καὶ κόμης καὶ χρόνου. Hic χρόνου in ῥύπου mutavit Nipperdeyus, recte quidem in sententia, quoniam tempus longissimum cultui corporis per se non potest officere; sed multo est lenius χνου, quod nimirum pro compendio sumpsit librarius. Habet hoc vocabulum ei quod est πίνος similibusque cognatam significationem. Adeas scholion antiquom ad Dionysii de Dem. 965 R ὅ τε πίνος αὐτῆ [καὶ ὁ χνουῦς]

ὁ τῆς ἀρχαιότητος ἡρέμα ἐπιτρέχει adscriptum: ὁ ῥύπος ἦτοι ὁ ἐπικείμενος χνοὺς ὡς ἐπὶ μῆλων καὶ ἀπίων καὶ δαμασκηνῶν.

Luciani diall. meretr. 4, 4 postquam Melitta exclamavit: ἀλλ' εἴ τινα εὐροίμι, ᾧ Βακχί, γραῦν, ὡς ἔφην. ἀποσώσσει γὰρ ἂν φανείσα, Bacchis respondet admodum barbare: ἔστιν, ᾧ φιλάτῃ, ὅτι χρησίμη φαρμακίς Σύρα τὸ γένος, ὡμῆ ἔτι καὶ συμπεπηγυῖα, namque illud ὅτι sive ad χρησίμη sive ad ἔστιν referes, cum omnibus sermonis Graeci pugnabit regulis. Praeterea vero 'veneficam utilem' quis tolerabit, quo vix quidquam fingi potest magis frigidum. Dicam igitur quid relicum sit: ἔστιν, ᾧ φιλάτῃ, ὅ, τι χρῆς: Σίμη φαρμακίς, Σύρα τὸ γένος. 'Vorhanden ist, Liebchen, was du begehrt: Sime, eine Hexe Syrischer Abkunft.' Simae nomen in Heronda et inscriptionibus apparuit.

In *pyrgo*, quam Albrechtus Dieterich Abraxae p. 195, 6 edidit, haec exstant: οὐ ἔστιν τὸ κρυπτὸν ὄνομα καὶ ἄρρητον ἐν ἀνθρώποις τὸ μάντι λαληθῆναι οὐ δύναται. Sed ἐν ἀνθρώποις το μαντιλαληθῆναι οὐ δύναται habet papyrus, quod ad ἐν ἀνθρώπου στόματι λαληθῆναι οὐ δύναται redire facile concedes.

Est in *paradoxographo* Rohdii c. XLVI ἐὰν δὲ ἡττηθῶσι πολεμοῦντες, τῶν γυναικῶν, αἱ συνεβουλευσαντο πόλεμον ἄρασθαι, τὰς κεφαλὰς ἀποτεμόντες ἔξω ῥίπτουσι τῆς γῆς. Immo αἱ συνεβούλευσαν τὸν πόλεμον ἄρασθαι.

Quod olim scripseram *de* διά *particula* post καὶ insiticia, eam rem exemplis interim quam maxime idoneis collectis augere licet atque illustrare. Est igitur καὶ διέλαβον Xen. anab. V 3, 4, sed καὶ ἔλαβον diu est ex quo vir quidam doctus correxit. Sane fuerunt, qui alia mallent; mihi tamen, quod simplicissimum est, etiā nunc videtur esse verissimum. Praeterea in eiusdem anab. I. IV 1, 26 καὶ ἐρωτᾶν, quod libris traditur, ab omnibus acceptum est, Suidae καὶ διερωτᾶν non probatur. In Lysiae XIII 4 cum καὶ διότι Palatinus exhibeat, iterum καὶ δὴ ὅτι restituerunt; at καὶ ὅτι Reiskius. Alterum a Lysia alienum esse nuper monuit Fuhr. Addam plura: Philonis de ebriet. § 22 καὶ θρύπτουσι rell., καὶ διαθρύπτουσιν Barocc. et Max. male; cf. Mus. rhen. 53, p. 2, porro καὶ διέσπευσεν Dionysii ad Amm. 746 R, καὶ ἐπίσπευσεν recte Aristotelis codices. Item καὶ διαστραπαὶ in Henochoi 8, 1 in καὶ ἀστραπαὶ verissime Dillmannus mutavit. Quae cum ita sint, animum velim advertas ad *Heliodori* Aethiop. p. 54, 4 Bekk., ubi absque dubio legendum est: δέος δὲ διαφθαρήναι μὲν καταμείναντας λιμῷ, διαφθαρήναι δὲ ἐφόδω τινῶν, ἦτοι τῶν ἐναντίων πάλιν ἐλθόντων ἢ καὶ τῶν σὺν ἡμῖν γερονότων. Fuit ἢ καὶ διὰ τῶν κτλ., ἢ καὶ νῆ Δία τῶν κτλ. voluerat Corais.

Euripidis Electrae 262 γενναῖον ἄνδρ' ἔλεξας, εὐ τε δραστέον inutile est quod post ἔλεξας ab editoribus ponitur signum, quoniam εὐ τε δραστέον eodem iure quo γενναῖον ad ἄνδρα appositum est, ita ut nominativus sit γενναῖος ἀνὴρ εὐ τε δραστέος. Contra vs. 391 sq.¹ melius scribitur: ἀλλ', ἄξιός γὰρ

¹ Ibi quae praecedunt 377 ἀλλ' εἰς ὅπλ' ἔλω; τίς δὲ πρὸς λόγην βλέπων μάρτυς γένοιτ' ἂν ὅστις ἔστιν ἀγαθός ad exemplar

ὁ τε παρῶν ὁ τ' οὐ παρῶν Ἀγαμέμνονος παῖς, οὐπερ εἶνεχ' ἦκομεν, δεξώμεθ' οἴκων καταλύσεις, ut ἀλλὰ ad δεξώμεθα pertinere intellegatur; est enim illa constructio, ab Herodoto frequentata, ab Euripide haud raro adhibita, qua enuntiatum γάρ particula instructum ponitur pro causali secundario ut aiunt: ἀλλ', ἐπειδὴ ἀξίος ἐστίν, δεξώμεθα οἴκων καταλύσεις. Eadem res est Hippolyti 51 sq.: ἀλλ', εἰσορῶ γάρ — Ἰππόλυτον, ἕξω τῶνδε βήσομαι τόπων, ibd. 88 ἀναξ, θεοὺς γὰρ δεσπότης καλεῖν χρεῶν, ἄρ' ἂν τί μου δέξαιο βουλευσάντος εὖ, quae verba diu male intellecta sunt, alibi. Porro nihili est virgula El. 446 post νάπας posita, quoniam νυμφαίας σκοπιᾶς, quod sequitur, pro εἰς νυμφαίας σκοπιᾶς vulgari usu dictum ad Νηρήδες ἔφερον trahi debet. Quis enim νάπην, quod in imo est, σκοπιᾶν unquam dixit! Deinde sequentis versus vitium apertissimum κόρας ματεῦσ' ἔνθα πατήρ κτλ. si considero, primum εὖ σ' ἔνθα πατήρ (ἰππότας τρέφεν Ἑλλάδι φῶς Θέτιδος εἰνάλιον γόνον) dispicere mihi videor, in iis vero quae relincentur 'κορας ματ' forsitan κομάτας lateat ad νυμφαίας σκοπιᾶς ponendum i. e. 'herbidas.' Denique El. 585 cum edant ἔμολες ἔμολες, ᾧ χρόνιος ἄμερα, quid poeta voluerit, cognosces collato Phoen. vs. 295, ubi est ἔβας ἔβας ᾧ χρόνυ γᾶν πατρώων, cui non dissimilis est sententia Hel. 1232: χρόνια μὲν ἦλθεν ἀλλ' ὄμως αἰνῶ τάδε. Itaque chori in Electra verba sic distingues: ἔμολες ἔμολες ᾧ (vel ᾧ) χρόνιος, ἄμερα, κατέλαμψας κτλ. Electrae 661 postquam senex de Clytaemestra dixit: καὶ μὴν ἐπ' αὐτάς τάσδ' ἴτω δόμων πύλας, ubi ἴτω accipias: 'Angenommen sie kommt', cum Electra respondeat: οὐκοῦν τραπέσθαι σμικρὸν εἰς Αἴδου τόδε, facile lusus intellegitur verborum nulli auditori Graeco obscurus cuius Αἴδου πύλας statim animo obversabantur; cf. Usener Stoff des gr. Epos p. 30; quod vero ἐπ' αὐτάς τάσδ' ἴτω pro ἐπ' αὐτάς γ' εἰσίω scripsimus, necessarium est ἴτω omnibusque acceptum, sed εἰσίτω ferri nequit propter ἐπί quod praecedit. Lacuna est post Electrae versum 671, nam cum exstet 672 οἴκτειρέθ' ἡμᾶς, non video quo id redire possit nisi ad οἴκτειρέ θ' ἡμᾶς; tum vero similem precautionem quae antecedebat, interiisse statuamus oportet. Electrae 697 sq. pro νικωμένη | δίκην legas νικωμένη | ἀλκήν 'victa proelio'. Nihil puto mutandum esse El. 749 ἰδοῦ· τὰδ' οὐκ ἄσσημα πνεύματ' αἶρεται, quoniam Empedocles τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι κατὰ πρόσπτωσιν πνεύματος docuerat, quam doctrinam poetae philosopho probatam fuisse conicias. Denique quod Orestes 893 sq. dicit ἦκω γὰρ οὐ λόγοισιν ἀλλ' ἔργοις κτανῶν Αἴγισθον, audias Plauti Stratophanem in Truculenti vs. 482: 'Ne exspectetis, spectatores, meas dum pugnas praedicem: Manibus duella praedicare soleo ego haud sermonibus.'

Bonnae.

L. Radermacher.

Suppl. 850 efficta docent interpolatorem, quisquis fuit, illic legisse: ὡς τίς (i. e. nam quis) ἐν μάχῃ βεβῶς λόγχης ἰουσης πρόσθεν ὀμμάτων πυκνῆς σαφῶς ἀπήγγειλ' ὅστις ἐστίν ἀγαθός, minime vero quod edunt οὔτις ἐν μάχῃ βεβῶς. In libris ὅστις est.